

כִּי וְכִיָּהּ Thargum vertunt donec venerit
 Messias, 70. verò vertunt, ἕως ἀνελεθῆται ἀποκειμένα αὐτῶ donec
 veniant, quæ reposita sunt ipsi, qui sensus, si debeat esse in-
 teger, interserenda fuisset particula ὡ ut sensus esset, donec ve-
 niat is, cui reposita sunt, hanc 70. translationem sequitur, Au-
 gust. lib. 12. contra Faustum c. 42. lib. 17. de civit. Dei Cyprian.
 lib. 1. contra Judæos, posteriori verò modo cum particula ὡ cui,
 legit Irenæus, Tertullianus, Ambrosius, Hieronymus, Justinus,
 Martyr. citante eos Pererio h. in l. ex Evgubino, notans 70. Inter-
 pretes vocem, כִּי וְכִיָּהּ habuisse pro Composita; Idcirco eam di-
 vellisse, quasi וְכִי esset pronomen relativum positum pro וְכִיָּהּ, כִּי
 verò notaret ei, ut pron: tertiæ personæ cum particula וְ, ut
 sensus emergeret Ellipticus, quod ei: 70. verò suspicantes in ver-
 bis Ellipsin, addidisse de suo, reposita sunt ἀποκειμένα, notando
 Messiam; qui non aliter, ceu pretiosissima, quæ reponi solent,
 Israelitis etiam, in vaticinis typis, & figuris promissus lateat &
 repositus sit. Sed hæc divulgio vocum, ut & כִּי pro וְ particula-
 rum commutatio, Ebrais usitata non est, valeant E. hæc quousq;
 possunt. Targum כִּי וְכִיָּהּ pro וְכִיָּהּ legisse, D. Gerb. h. l. refert, ut &
 Julianus Apostata inconstantiâ promissionum, inde Christianis
 objecerit. Certum est, vix reperiri in toto codice voc e, de qua ita
 sententia authorum variant, nos paucis eas recensibimus, i. vul-
 gata editio vertit mittendus, cui vel exemplar & codex occurrit, qui
 legerit כִּי pro וְ vel sensum saltem, ut Clariss. Dn Rivetus h. in l.
 suspiciatur, venari ei libuit, Flacius in Clave Scripturæ, part. 1. Col.
 1143. Cum varias, hujus vocis derivationes notasset, subjungit
 tandem, ego si primam non amplecterer, qua quidam putant, eam de-
 rivare à כִּי וְכִיָּהּ faustum esse, quod Christo omnia contra hostes suos
 debeat succedere; mallet amplecti Hieronymi expositionem, le-
 ctum esse quondam כִּי וְכִיָּהּ mittendus, cum v. Judæi à Christia-
 nis urgerentur, nec haberent, quod responderent, pro malitia
 & perversitate sua, vocem hanc depravasse, facta literarum muta-
 tione. ut in voce כִּי Ps. 22. factum esse arbitratur, ejusdem etiam
 sententiæ est; Huntla: Jesuit: de quo infra. 3. R. D. Kimchi, in libro
 Seraß. cit. Gal. lib. 4. c. 4. cui succenturiantur alij, ut videri est, in
 Riveto

Riveto